LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 186r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



laborata: Cumq; illos artifex deus ore sublimi statu recto figuratos ad cõ
templationem celi & noticiam dei excitauerit curuare se ad terrã malu
erunt pecudum more humũ irrepere. Humilis n. & curuus & prono
est: qui ab aspectu celi deiq; patris adũsus terrena que calcare debuerat.
id est de terra ficta & formata veneratur: In tanta igitur impietate hoĩ
tantisq; peccatis id assequitur patiã dei: ut se ipse homines damnatis
uite prioris erroribus corrigant: Deniq; boni sunt iustiq; multi & ab
iecti terrenis cultibus maiestatem dei singularis agnoscunt: Sed cũ max
ima & utilissima sit dei patientia: tamen q̃uis sero noxios punit. nec
patitur longius procedere. cum eos inemendabiles puiderit: —

XXII.

Superest una & maxima & extrema questio. Nam dixit fortas
se quispiam adeo non irasci deum. ut & in preceptis hominem
irasci uetet: Possem dicere. q; ira hominis refrenanda fuerit. q̃r
iniuste sepe irascitur. & p̃ntem habet motum. q̃r tp̃alis est. Itaq; ne fierent
ea q̃ faciunt p iram & humiles & mediocres & magni reges tempari debu
erit furor eius & comprimi. ne post aliquod inexpiabile facinus admittet.
Deus aũt non ad p̃ns irascitur. q̃r eternus est pfecteq; uirtutis: & nũq̃
nisi merito irascitur Sed tamẽ non ita se res habet Nam si omnino prohi
beret irasci & ipse quodãmõ reprehensor officij sui fuisset & q̃r in p̃ricipio
iram iecori hominis indidisset. Si quidem creditur causa huius cõmoti
onis in humore fellis contineri: non igitur in totum prohibet iram.
quare is affectus nẽcio datus est. sed prohibet in ira p̃manẽ. Ira n. mor
talium debet esse mortalis. Nam si maneat confirmantur inimicitie
ad p̃nicem sempiternam. Deinde rursus cum irasci quidem. sed tñ
non peccare precipit. non utiq; euellit iram radicitus sed tempauit. ut
in omni castigatione modũ ac iusticiam teneremus. Qui ergo irasci
nos iubet ipse utiq; irascitur. qui peccari celerius precipit Est utiq; ipse
placabilis. Ea n. precipit q̃ sunt iusta & rebus utilia cõibus: Sed quare
dixeram non esse iram dei tp̃alem: sicut hominis: qui p̃sentanea ɔmo
tione fruescit. nec facile regere se pot propter fragilitatem. intelligere de
beimus. quare sit eternus deus: Iram quoq; eius in eternũ manere Sed
rursum q̃r uirtute sit maxima preditus in p̃tate hr̃e iram suam. nec ab
ea regi. sed ipsum illam quẽadm̃ velit moderari: quod utiq; non r̃pugnat
supiori Nam si prorsus ĩmortalis fuisset ira eius non esset satisfactioni
aut gratie post delictum locus. cum ipse homines ante solis occasũ recõsi
liari iubeat: Sed ira diuina in eternũ manet & adũsus eos: qui peccant ĩ eternũ.
Itaq; deus non thure: non hostia. non preciosis muneribus: que omnia